



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 32. Continuata inquisitio in Cardinalem Alberonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

xandrum Albani Clericum Cameræ Sæc. XVIII, A. C. 1721.
 Apostolicæ in sacrum Cardinalium Col-
 legium invexit, plaudentibus omnibus
 Romanis, solo Falconiero Urbis Gu-
 bernatore excepto, qui Cameracensem
 Archiepiscopum sibi præferri quereba-
 tur. Ne autem ob nominis affinitatem er-
 ror contingeret, inter hosce duos Fra-
 tres Annibalem & Alexandrum Albani
 conventum, ut iste vocaretur Cardi-
 nalis Camerarius, hic vero Cardinalis
 Albani, & ambo cuncta suæ familiæ
 bona suo Fratri Carolo Albani cederent,

§. XXXII.

*Continuata Inquisitio in Alberonium
 Cardinalem.*

Cum sacrum Collegium securitatem
 impunitatemque Julio Alberonio Hist. univ. t. 8. p. 862.
 duntaxat pro futura Pontificis electione
 concessisset, Hic ea peracta ex Urbe au-
 fugere, atque in notis suis latebris se-
 curitati suæ consulere parabat: Pon-
 tificex vero eum Romæ subsistere, ac
 suæ causæ exitum, quin tamen ullam
 ministerii sui functionem exercere au-
 deret, quiete præstolari iussit, ac die
 decima septima Maij in Congregatione
 ad hoc specialiter erecta ejus causam
 discuti voluit: Alberonius vero aut
Hist. Eccles. Tom. LXXI. I suæ

Sæc. XVIII. suæ causæ diffusus, aut suæ securitati
 A. C. 1721. consultius fore ratus, die trigesima pri-
 ma ejusdem Mensis clam Roma ad
 Montem Cassinensem secessit.

§. XXXIII.

*Petri I. Moscoviæ Ducis studium
 Russorum religione superstitiones
 eliminandi.*

Vid. supra Quam propensum erga religionem Ca-
t. 67. l. 214. tholicam animum Petrus I. Mo-
§. 17. p. 599. scoviæ Dux monstravit, abunde testa-
Et t. 69. tum reddidit concessa PP. Capucinis
§. 40. p. 635. ac Jesuitis Conventum, Ecclesiam &
Vit. Clem. XI Gymnasium erigendi necnon liberum
in Concl. Religionis Catholicæ exercitium intro-
pag. 118. ducendi facultas: Ad tantam benigni-
 tatem non parum conferre videbatur
 supremus ejus Administer ac Cancellarius
 Knees Fedor (seu Theodorus) Comes de
 Galoskin seu Golowin, quem de re Christiana
 optime meritum ejus que posteros ipsemet
 Imperator Leopoldus in numerum S. R. J. Comitum
 recepit, ac in Cæsareo diplomate honorificis
 hisce verbis commendavit:
 „Edocti fide dignissimis testimoniis
 „ . . . Theodorum uti avitæ virtutis,
 „ ita & dignitatis, possessionumque &
 „ privilegiorum in Moscovia hæredem,
 „ in id sedulo incubuisse, ut Majorum
 „ suo